

perfectionem parie; sed quod omnia virtute referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam omnes tenentur. Post ad 3. subdit: Aliud est habitualiter refere in Deum, & aliud virtualiter. Habitualiter enim refers in Deum & qui nihil agit, nec aliquid actualiter intendit, ut dominus; sed virtualiter aliiquid refers in Deum est agentis propter finem ordinatum in Deum. Interdum 3. Doctor directionem habitualis pro virtutis usurpat. Requiritur ergo virtus intentionis, que actuam praecedentiam virtute remanet in voluntate. Coniule que dicta sunt in Tom. I. in Decal. differt. iv.

XXX. Fufus quam par erat, quaestio nem verifi; at utilitate prolixitas compensabitur. Quicquid quippe hac universaliter morum regulam speciat; etenim errorum in capitali principio plurima consequuntur abundantia. Si itineris initio a femina deflexis, quo magis progerdis, eo longius ab ipso declinas. Primum omnium ergo honeste pieque intentionis lux dirigat universum negotiations tua opus, praecedatque officia omnia. Memento primum dignitatis animae tue, qua a brutis animalibus leiuens es, & inter spirituales creaturas collatus. Recordare potesta redemptoris tua, qua Deus te ad finem supernaturalem revexit, ut scilicet vias divinam vitam, cuius principium & radix vivifica est gratia sanctificans, quam in baptismate recepisti. Vita hec ecclesia omnia in suam finem erigit qua malitia non fondent. Ad hanc regulam oculos converte, animumque intende. Tum iter tuum fatus avibus pericies, rectaque feminas actualiter perturcas. Dura mane furgis, pri-

mum omnium Creatorem, Patrem, Proviforemque tuum omnipotentem Deum profundissimo revertere obsequio, viuimus omnium operationum tali die exercendarum eidem lita. Oblationem hanc sapientius in diem iniunctam, amoris ignem accendit. Tum experientio edictus compeneres, quam vane, quam inepte sint nuge quas adversa tententiae patroni opponuntur. Concionatoria ne haec?

XXXI. Quæst. II. In dubiis propositionibus ab Ecclesia damnatis, & super reliatis, comprehenditne opiniōne de actuum inadiecentia in individuo? Resp. Ut meam prodam imbecillitatem; non video qua ratione opinio illuc declinare propriectionem possit.

Non me later clamatores adversarios fore, opinionem hanc docere Scotum, Vazquez, & innumeram Scholasticorum multitudinem. Puerorum terriculam hæc sunt. Subiecti sunt Scotus, Valquez, & ceteri omnes, & mortui excludunt, quod ante definitionem Ecclesie scripserunt. Si post Ecclesie oracula scripserint aliud documentum. Laxius de more scripit in iustis opinionis favore P. Matthaus Moya tract. vi. difp. II. quæst. III. nec allegare pro hac opinione reformata S. Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, immo vel ipsum D. Thoman probabilitatem. Laudat quoque S. Bonaventuram, Scotum, Valquez, Stubrochium, nempe Honoratum Fabrum, quorum auctoritate probare studebit & conjuges proper delectationem posse licite exequi conjugales actus & homines ceteros ministrare, bibere, forfufque alios exercere ob moderationem voluntatem captandam. Sed haec theses proscriptae ab Ecclesia sunt.

## DISSERTATIO II.

DE IURE NATURALI, GENTIUM,  
ET POSITIVO,

prout est norma actionum humanaarum,

### SEU DE LEGIBUS. PRÆLOQUIU M.



Actenus juris naturalis, & universa moralis honestatis fundamenta incimus. Ante rationalis actus voluntarii & liberi si sunt qui iure naturali, & positivo divino, ac humano moderari, & regi debent. Lutherus, Calvinus, & ceteri qui libertatem a necessitate immunem negant, de medio necessario tollunt leges omnes. Vindicata adversus illos rationalis natura, hoiles libertate, evolue idea exposta, illud nunc est reliquum, ut iura, seu leges quae hominis liberis officia moralia dirigunt, coercent, & moderantur, pleno in lumine colloccemus. Plura diximus supra adversus aquilonares hereticos, qui elatis contumis, thraconica taetantibz plaudunt, si juris naturalis scientiam, tot feculis iacentem, & undique tenebris circumfumam ad primatum, Lutheri duce, revocafe splendorem. In hac dissertacione craffiores Hobbesii, Pufendorfi, Thomasi, & aliorum errores contra natura ius, nempe, non rebus ipsiis coaherere, sed sola hominum opinione confitente naturale ius, bonum, & malum, quemadmodum Hobbesius (in cuius cafra, velit, nolit, immigravit Pufendorfius) & ali contendunt, pro modulo meo profabili, potissimum S. Thoma Aquinatus invicem rationum momentis. Heinc propriam incitiam deprehendent illi semideo homines qui prefatos hereticos, tamquam juris natura magistros, suscipiunt, & preconis ex tollunt. Sed ad rem.

#### CAPUT I.

*Varii iuris acceptio[n]es. Pro lege  
bic accipitur.*

I. Diversa sunt Iurisconsultorum de hac iurius voce placita, tum circa originem unde probatitur, tum circa vario significatus quos perhibet. Hugo Grotius in Prolegom. de iur. bel. & pac. §. 12. non aliunde eiusdem repetandam originem arbitratur quam ab ijs loeo, a quo iovi nomine nunc Latinis dictum probabilitur putat. Quam etymologiam prius usurpaverat Scip. Gentil. orig. p. 270. ut animadverxit Heinicus Lib. I. cap. I. s. q. de iur. nat. & gent. & post illos Ioannes Baptista Vico. Franciscus Con-

nanus Lib. I. Iur. civil. cap. II. n. 4. iuris etymologiam a dictione iuxta arcetit; quam deductionem communiter ut arbitriatum recessunt ali. Mairagrus Lib. IV. M[is]c. cap. I. a verbo iux*ius* derivat, quod adversus vim praefidium afferat. Sed commentum vanum est. Quætra derivatio, Latinis Scriptoribus familaris, est a verbo *iubet*, unde iulfum, & inde dempta syllaba, *ius* dictum volunt. Hæc derivatio minus praecedentibus difficit.

II. Ulpianus Lib. I. ff. de ius. & iur. a iurius ins deducit inquiens: *Est autem ius & iustitia appellatum.* Communior est derivatio haec. Quare etiam Isidorus Lib. V. etymol. cap. III. scribit, *ius esse dictum, quia iustum est.* Et S. Augustinus in Psal. cxlv. in-

inquit: *Ius, & iuris contraaria sunt. Ius enim est quod iustum est. Hoc idem scribit S. Doctor Lib. XIX. de Civ. Dei cap. xxxi. Illud ius esse dicunt quod de iustitia fonte manavit. Hec de etymologia, unde ius suum fortuitum est appellationem.*

III. De multiplicitate iuris significatur pauca nunc delibera sunt. Sepe usurpatius pro eo quod rationis dictamini, divina humanaque legi contentanum est. Interdum accipitur pro loco in quo litigantibus ius suum cuique redditur, inquit Ulpianus I. ff. de interrog. iuri faciend. *Ius enim columnum locum esse ubi iuris dicendi, vel indicandi gratia (index) consitit.* Interdum pro sententiis accipitur, quae iudex ius dicit, ut aliqui rem suam adjudicet. Sententia liquidem iudicis lex quadam privata est.

IV. Committit ius accipitorem etiam pro factitate quidquam agendi, vel omittendi, aut ad rem aliquam alliquidem, aut obligandi alterum ad aliquod agendum, vel omnitemendum. Et talis potestatis violatio iuris iuramentum, in ceteris rebus meniorum obnoxia ultra, pertica, cubitus, palmus &c. id est in humanis officiis ins.

V. Iuris nonne est ipsa non raro intelligitur, seu scientia legum, canonum: sicut medicina, inquit S. Thomas, ars a medicinis applicandis suam recipit appellationem. Ex quo si hinc scientie student, iurisconsulti, vel periti, aut doctores, aut professores iuris noncupantur.

VI. Tandem vero, & principios iuris significatur pro ipsa lege, seu norma humanae actionum iurisceptus. Leges quippe id quod iustum est, vel inter ipsos cives, vel Rempublicam inter & cives pricipiantur. Et idcirco leges ipsae sunt divina, cum humana iuris nomine communiter veniant: & sic dicitur ius naturale, divinum, humanum, ecclesiasticum, seu canonicum, civile, publicum, & privatum. Paucis haec fere omnia exponit Angelicus Doctor 2. 2. quest. lviij. art. 1. ad 1. *Sicut nomen medicinae impositum est primo ad significandum remedium quod praefatis inferno ad sanandum, deinde tractum est ad significandam artem qua hoc sit; ita etiam hoc nomen ius primo impositum est ad significandum ipsam rem iustum, postmodum autem est derivatum ad artem qua cognoscitur quid sit iustum: & ultius ad significandum locum in quo ius redditur;*

*Et iustus dicitur aliquis comparare in iure: & iustus dicitur etiam, quod ius redditur ab eo ad cuius officium pertinet iustitiam facere; licet etiam id quod decernit, sit iniquum.*

VII. Gratianus dist. 1. cap. *Ius generale docet, ius in communi accepit pro lege; legem in particulari pro constitutione scripta. S. Thomas loc. cit. ad 2. concludit, ius proprium esse legem, sed aliqualem legis rationem. Et ideo lex non est ipsum ius, pro parte loquendo, sed aliquals ratio iuris. Ius ergo latius ipsa lega patet.*

VIII. Non est opere pretium solumius variis iuris significatur displicere: quoniam in praefensi, missis ceteris omnibus significacionibus, ius pro lege, seu norma actionum humanae accipimus. In hac vero significazione ius est iusti, aut iusti, boni, aut mali regula. Quare quod in aliis facultatibus est norma, ut in mathematicis est circulus, in Geometria linea, in arte fabrili perpendicularium, in ceteris rebus meniorum obnoxia ultra, pertica, cubitus, palmus &c. id est in humanis officiis ins.

IX. Ius pro lege usurpatum, quemadmodum in praefensi accipitur, tribui in naturale, & positivum potest. Positivum in divinum, & humanum: illud in sacrum, & profanum. Prolatum in illud quod est omnibus populis commune, & in aliud quod est alicui Reipublica proprium. Illud ius gentium, illud civile noncupatur. Aliud ius publicum, particularare aliud. Ius publicum est quod publica est autoritate institutum, & recipit publicam utilitatem. Ius publicum quondam idem est ac universalis, quod omnes fere gentes, & civitates comprehendit; & coalefecit partim ex preceptis naturalibus, partim ex placitis Gentium: quodque vero peculiare tantum est, cum videlicet populum particularum, ut Atheniensium, Romanum, Germanum &c. spectat. Et hoc quantum ad varios iuris significatus fatis sit.

## C A P U T II.

*De lege in communione. Unde suam repetat originem. Eiusdem notio, & divisio. Cur praeferatur naturali, & humanae, divisioni posteriori.* *Sicut nomen medicinae impositum est primo ad significandum remedium quod praefatis inferno ad sanandum, deinde tractum est ad significandam artem qua hoc sit; ita etiam hoc nomen ius primo impositum est ad significandum ipsam rem iustum, postmodum autem est derivatum ad artem qua cognoscitur quid sit iustum: & ultius ad significandum locum in quo ius redditur;*

*I. A* Nequaque de lege in particulari seruonem inititudo, legem ipsam, prout ad quasque peculiares leges lete extenderit,

dit, discutere opportunum existimavi. De legis origine varie sunt opiniones. Aliqui a legendis, ex quo lex scripta legatur, eam derivant: que derivatio communiter retinetur, cum necesse minime sit ut lex absolute scripture configetur. Melius a diligendo eam alii repetunt, ut S. Augustinus quæst. xx. in Levit. *Legem a legendi, id est ab eligendo, Latinis Autore appellato, esse dicebant. S. Thomas in 1. 2. quæst. xc. eam derivat a ligando, quia obligat ad agendum. Sed haec levia sunt. Leges acceptiones variae. I. Interdum sumuntur pro conditione adiecta aliquai contractui. II. Pro quacunque regula quidquam praescribente, sive bonum, sive malum: nam & iusta tyrannorum ipsi que leges appellantur, contra quae clamata Italas cap. x. *Vix qui condire leges iniquas.* III. Pro termino, & cunctio rei confino, iuxta illud Pro. VIII. *Quando certa leges, & ex quo vallabat abyssus ... legem ponebat aquis, ne transiret fines ius.* IV. Pro ipsa legis executione; sicut inquit Iordan. VII. *Nemo ex vobis facit legem.* V. Pro disciplina religionis dogmata continente; iuxta quam acceptionem dicimus legem christianam, legem veteram, legem novam. VI. Pro quacunque inclinatione, & inistri usurpatum, iuxta illud Rom. vii. *Videt aliam legem in membris meis &c.**

II. Notio legis quam S. Thomas tradit 1. 2. quæst. xc. art. 4. huc est: *Ordinatio rationis ad bonum communem, ab eo qui curam communis habet, promulgata.* Directio hæc precipientis est. Ex que lex a consilio diligitur. *Ad bonum commune.* Per haec particularia lex a precepto, quod nec bonum commune directe spectat, nec perpetuata prodit, diligitur. Quare fallitur P. dominicus Virga, qui part. 1. quæst. 1. art. 1. num. 1. post relatum S. Thomas definitiōnē subdit, clarissim legem definiri a P. Suarez, quod sit preceptum commune, iustum, ac stabile sufficiens promulgatum. Quia fāne definitio & vana est, quod legem cum precepto confundit, & diminuit, quod preceptum iustum, ac stabile ab iis promulgari posse, qui potestat leges ferendi. Sed, utcumque res se habeat, faltum est quod clarior hæc definitio sit ea quam tradit Angelicus. Immo, ut minus, hec impensa est & obscura. Alio modo S. Thomas delicit legem loc. cit. art. 1. *Lex quedam regula est, & mensura actuum, secundum quam aliquis inducitur ad agendum, vel ab agendo retrahitur.* Dicitur mensura, non quorūcumque actuum, sed humanorum, seu mora-

lium. Postiores particuli distinguunt legem a consilio: quod illud non obliget, sed tantum proponat, iudicetque; lex contra uestigium, altrintrigue ad actum. S. Thomas, explicans hanc suam definitionem, inquit, quod eiusmodi mensura, seu regula sit ipsa ratio. *Regula autem, & mensura humanorum actuum est ratio, qua est principium primum actuum humanorum: suumque articulum concludit his verbis: Unde relinquitur quod lex sit aliquid pertinens ad rationem.*

III. Actri Thesologi disputant, utrum lex sit actus intellectus, aut voluntatis; seu ad voluntatem ne, aut ad intellectum lex pertinet. Omnes fatentur, S. Thomam in ratione, sicut in intellectu legem confitentes. Quama S. Thomas doctrinam non Dominici modo omnes, sed graviores S. I. Theologi, ut Valentia, Valquez, Tannerus, Granaudo, & alii sequuntur. P. Suarez Lib. I. cap. v. ambiguus est, eumque auctoritas S. Thomas determinare non valet. Fatetur neutrino opinionem posse evidenter demonstrari; quod non non inficiatur, sed alterius, doctrinam S. Thomas probabilem esse, tum vi rationum, tum auctoritatem Theologorum. Sed res tanta non est ut longiore contentio fūgem ducamus. Rauis controversiam hanc perfringere lubet. Lex regula est humanorum actuum. Ratio autem, non voluntatis, est agenti regula. Ergo ad rationem, non ad voluntatem, lex pertinet. Lex illuminat, dirigit. *Præceptum Domini lucidum illuminans osculos: Plal. xviii. Item Plal. cxviii. Lucifer peccatoris metus verbum tuum, & lumen semitis meis.* Igitur lex prefite accepta, secundum suam essentialem notioinem, dubio procul ad rationem attinet, cuius est eti, dirigere, illuminare, docere, quocumque voluntatis actum præcipio; si res secundum solam metaphysicam notioinem spectet. Ceterorum reipla omnis lex positiva actum voluntatis includit. Imperium enim quo lex intimatur, actum preceperunt voluntatis. Idque demonstravit S. Thomas supra. quest. xvii. art. 1. *Imperare est effenter actus rationis: imperans enim ordinat eum cui imperat, ad aliquod agendum, intimando, vel denuntiando: sic autem ordinare per modum cuiusdam intimations est rationis.* Imperium elicitor ab intellectu: idcirco, si absolute spectetur, nihil nisi rationem prodit. Verum quia reipla non producitur ab intellectu, nisi præcedente voluntatis motu a quo efficacitatem accipit; inde est quod reipla ad legem ferendam concurrit etiam voluntas.

IV. Obitices 1. Scripturae divine legem in voluntate constituerunt. Nam David Pial. eti. Notas fecit vias Iusas Moysi, filius Israel voluntates Iusas. Item Pial. xxxix. In capite libri scriptum est de me ut faciam voluntatem tuam. Quid quod leges Principium placita appellantur? Resp. Iam dictum est, nullam legem positivam sine voluntatis actu ferri. Testimonia divina explicit quod res ipsa sit: & modo rationis, ut ex supra alia testimoniis patet, modo voluntatis legem adscribitur. Porro S. Thomas vi rationis inferit, in lege condenda potiores esse intellectus partes. Quod P. Suarez cit. Lib. cap. v. num. 24. alterat, melius intelligi legem naturalem, si in acta voluntatis, lex constituitur, prodit quodnam sit illius erga S. Thomae doctrinam obsequium, & propensione. Quod non ideo dico, quasi P. Suarez praeclito, S. Thomas doctrina egeret; sed ut, data occasione, paterfacerem. Autem hunc ab Angelico Doctoris via frequenter recedere. Sententia S. Thomas praeferitur Iesuita defendit P. Azorius cum aliis pluribus fociis.

V. Notiomem legis partitio eiudem consequitur. Tametsi sub finem superioris capituli indicata obliter sit iuris pro lege accepti divisio, nihilominus habet paulo clarum legis diversitatem esponere. Prima partitio est in eternam, & temporalem: quoniam lex aut in Deo, aut extra Deum est. Si in Deo, eterna; si extra Deum, temporaria sit oportet. Eternam legem sic describit S. Thomas 1. 2. quæst. xciit. artic. 1. Lex eterna nihil aliud est quam ratio divina sapientia, & motionis. Temporalis aut a Deo, aut ab homine est: & dividitur in naturalem, & positivam. Naturalis est eterna legis participatio quadam in creatura rationali; & de qua infra sermo erit. Lex positiva ab aliquo potestem habente consta est, que per divinam, aut humana nesciatur. Positiva divina duplex. Altera lex veteris foderis, quam Deus Angelorum ministerio Moysi, & Moyles populo Israëlitico manifestavit, intimative. Altera lex novi testamenti, quam Christus ipse præscripti, & promulgavit ore proprio, & Apologetorum predicatione univerbi mundo denuntiavit. Positiva humana ab homine tanta similitudine duplex. Altera ecclesiastica, quae regnat vel a Pontificibus, vel Concilis. Altera civilis, quam condunt Principes, Reges, Imperatores &c.

VI. Thomas 1. 2. quæst. xcii. artic. 4. controveriam facta dignam, quicque hic opportuna fedem habet, dipicit. Disputat, cur

preter legem naturalem, omnibus hominibus a Deo insitam, & humanam, aliam condidit potissimum, quae divina appellatur? Qui quodlibet haec magni momenti doctrina responderet. Præter legem naturalem, & legem humanam necessariam fuit ad directionem humanae vita habere legem divinam. Et hoc propergator rationes. Primo quidem quia per legem dirigitur homo ad aliis propriis in ordine ad ultimum finem. Et si quidem homo ordinatur tantum ad finem qui non excusat proportionem naturalis facultatis hominis, non oportet quod homo haberes aliquid direxeris ex parte rationis sapta legem naturalem, & legem humanam possum, quae ab ea derivatur. Sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis aeternae, que excedit proportionem naturae facultatis humanae. ideo necessaria fuit ut supra legem naturalem, & humanam dirigentes etiam ad suum finem legem divinitus data. Secundo quia proper certitudinem humani iudicii, præceptum de rebus contingentibus, & particularibus, contingit sub aliis humanis deserventibus esti diversa iudicia, ex quibus etiam diversa, & contraria leges procedunt. Ut ergo homo ab aliis omni dubitatione scire possa quid est sui agendum, & quid vitandum, necessarium fuit ut in actionis propriis dirigentes per legem divinitus datum, de qua constat quod non potest errare. Tertio quia de his potest homo legem facere de quibus potest iudicare: iudicium autem hominis non potest esse de interioribus mortuis, qui latent; sed solum de exterioribus actibus, qui apparet. Quarta quia lex humana non potest omnia que male sunt, punire, vel prohibere: quia, dum inferre vellet omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tollerentur, & impeditur utilitas boni communis; quod est necesse ad conversionem humanae. Ut ergo nullum malum imputabitur, & impunitum remaneat, necessarium fuit supervenire legem divinam, per quam omnia peccata prohibentur. Et ista quatione easus tanguntur in Psal. xviii. ubi dicitur: Lex Domini immaculata, id est nullum peccatum turpitudinem permittens: converterns animas, quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigunt; testimonium Domini fidei, proper certitudinem veritatis, & rectitudinis; sapientiam prelatis parvulis, inquantum ordinat hominem ad supernaturalem finem, & diuinam.

VII. Quarum haec rationum momenta ab iniis conveinentia systema Pufendorfii, Thomasi, & aliorum Lutheranorum, qui paenitenter tactant se Iuris naturalis scientiam istau-

stauros. Quid sola ratio valeat, gratia destituta, in Ethnorum sapientibus patet: & evidens in Lutheranis, Calvinianisque id constat. Hi enim, utpote rebellores luci divinae, & oppido magis ingrati cælestibus auxiliis, in craftware errores lapsi sunt. Blateren Barbevraus, Buddeus, Thomasius, ceterique, nos antiquorum testimoniorum impleri folia nostra. Quoniam, si ex fructibus plantarum, & ex multis agri qualitatibus colligatur: unde melius ius naturae quam ex natura voce, & unde clarissima natura vox audiatur quam ab iis qui naturae donis abundantius ceteris affluerint, potest? Testimonia S. Thomas frequentissime promittunt, non quod in obliquum Authoris mens captivetur; sed quod doctrinam continente luculentissimam, quam carceres multi hastens tentarunt, labefacta- re nemini datum fuit.

## CAPUT III.

Sit ne lex proper communitatem, & bonum communis. De iudice necessitate, iustitia, & duratione.

I. Communitas duplex. Imperfecta prima, ut est privata domus, quo communiter sibi sufficiere non potest; perfecta altera, ut civitas. Rursum altera communitas est naturalis, in qua omne genus humanum convenit; politica, seu mixta altera, peculiari modo congregata. Priore communitate spectat lex naturalis. Posterior communitas autem congregata sub divina lege sub aliquo capite: ut fuit olim Synagoga, & nunc est Ecclesia catholica: aut legе aliqua ab hominibus lata, ut sunt civitates, Republicæ &c. Quibus premisisti, dicimus leges propriæ non ferri proper communitatē imperfectam, sed perfectam rautum. Communitas imperfecta, ut est privata domus, non sibi sufficit ab humanam felicitatem compandam: nec persone que componunt dominum, sibi prestare sufficiens iuvamentum queant. Nec paternitatis potestate cogente, & æquali in omnes domesticos potitur. Diverso quippe modo dominatio in uxore, in filios, in iesu. Non ergo in paternitatis perfecta potest legis legislative, qua valeat unitatem quamdam moralen in domo confitire, prout requiratur ad legis naturam. Lex ergo perfecta communitatē, ut civitatem, provinciam, regnumque, spectat. Hæc omnia tradit S. Thomas 1. 2. quæst. xc. artic. 3. ad 3. Sic ut homo est pars dominii, ita dominus est pars communis. Civitas autem est communitas per-

sta... & ideo, frut bonum unius hominis non est ultimus finis, sed ad commune bonum ordinatur; ita etiam & bonum unius dominus ordinatur ad bonum unius civitatis, que est communitas perfecta. Unde ille qui gubernat aliquam familiam, potest quidem facere aliqua precepta, vel statuta; non tamen que proprie habeant rationem legis.

II. Frequentius transcribo S. Thomas testimonia, ut pudore suffundantur Lutherani Igitur, qui iuris naturae scientiam fibi arrogant. Legatur Pufendorfus Lib. de iur. nat. & gent. cap. v. ubi legem in communi exponit; & quidque iudicet, num quidpiam promat quod luculentius dictum a vulgari Caluita non fuerit.

III. Lex ergo a precepto distinguatur, quod hoc uni, vel alteri homini, illa communitate inducit. Nec tamen necesse est ut tota communitatē lex obliget; sed lat est ut vel totam, vel partem communitatē lex sibi subiect; dummodo commune eidem communitatē bonum spectet. Contingere enim non raro potest ut bonum communis civitatis exigit quod una hominum conditio, & non altera legi subiectetur. Aliqui interdum diligunt leges personales a legi publica. Sed eiulmodi locutiones minus exacta sunt. Etiam privilegium quandoque lex vocatur, cum portio exemplio a legi sit.

IV. Tripli ratione lex a precepto distinguitur. I. Lex communitatē directe spectat. II. Lex natura sua perpetua est. III. Preceptum a quocunque superiore imponi valit: legem illa ius ferre potest qui vel a Deo, vel a Republica potestatem accepit. Dum dicitur, legem directe spectare communitatē, non est sensus, quod lex spectet communitatē, quæ abstrakte sumptum; sed personas, quæ communitatē componunt; afficit: quandoque collective, quarenus precipit, vel prohibet actum qui a sola præstat, vel omitti communitate potest; & interdum distributive, quarenus a singulis exequenda est, aut ab illis quorum lex expresse menint, iuxta legum diversitatem.

V. Non solum lex communitatē, sed etiam eidem communitatē bonum spectat communite; ut docent omnes cum S. Thomas, qui i. 2. quæst. xc. artic. 2. perpicue hoc demonstrat, concluditque: Unde oportet quod cum lex maxime dicatur secundum ordinem ad bonum communem, quodcumque aliud preceptum de particulari opere non habeat rationem legis, nisi secundum ordinem ad bonum communem: & ideo omnis lex ad bonum communem ordinatur. Omnis lex includit preceptum, quatenus viri precipiendi haberet; sed nullum preceptum

ceptum, dum particularis persona commo-  
dum, utilitatem recipit, legis obrinet  
rationem. Idque pater in omnibus legibus.  
Lex naturalis bonum commune totius gene-  
ris humani in ordine ad naturalem felicitatem recipit. Leges diuinæ homines ad celestem gloriam omnibus paratam dirigunt. Leges humanæ tam canonicas, quam civiles, bonum communem promovent. Idque evidens mox confabat.

VI. Necessestis legum, posita creature rationalis creatione, sciendi prodit. Potes-  
tut utique Deus non creare hominem; & tum legis necessitas nulla esset. At, homine con-  
ditio, necessario lex consequitur, quod crea-  
tura habeat superiori, a quo producta est, sub-  
iacet. Ergo ab eodem regi, eidemque pare-  
re debet. Porro quatenus haec creatura ratio-  
nale prædicta est, legis capax est, directionis,  
& imperii: & tandem quoniam ex nihil de-  
ducta fuit, nihilpotest, & ab hominibus, ma-  
jusculi potest, in errores labi, & vita:  
ergo legis regimine eger. Conditum et-  
go hominem lex necessario conlecta est.  
Quare mera et illusio quorundam, qui ho-  
mines quandoque modicū communificantur.  
Numquam homines abique societate num-  
quam hominum societas abique lege & natu-  
rali, & divina. De legum civilium ortu, &  
processu infra sermo erit.

VII. Altera legis prærogativa est quod si iusta, tum ex parte materia subiecta legi,  
tum ex forma qua rogatur, tum ex par-  
te legislatoris. In istam esse debere legem fa-  
tentur omnes. Nam vel divina est, vel hu-  
mana, sicut ipsa iustitia, & humana,  
iustitia divina fit oportet; aliquo lex non esset. Quare optime S. Augustinus Lib.  
de ver. Relig. cap. xxxi. inquit: *Conditor tem-  
poreum legum temporalium, si vir bonus est, &  
sapient, illam ipsam consiluti aeternam, de qua  
nulli anima iudicare datum est, ut secundum eius  
immutabiles regulas, quia sit pro tempore in-  
determinatum, et tantumque dilectam. Hinc  
necessario consequitur, legem omnem debe-  
re rem honestam præcipere. Omnis enim ini-  
ustitia, & turpitudine ab aeterna Dei lege ve-  
titam sunt. Nullus inferior in superiori po-  
testat habet. Ergo nullus Princeps, cum ini-  
ustitia Deo sit, rem turpem, aut iniustiam præcipere valet. Quoniam res aut honesta, aut iniustitia  
aut indifferens, & apta ad bonum commune  
cum impossibili Deus non præcipiat, ut di-  
vina Scriptura docet, & Ecclesia definit in  
Concilio Tridentino. Ioff. vi. cap. xi. can. xviii.*

VIII. Ex parte forma qua lex præscribi-  
tur, iusta sit oportet, quatenus distribuit o-  
nera, & respectu habitu ad subditos qui illa  
tere debent. Proprio quippe in hac distri-  
butione servanda est. Tandem, ut iusta sit  
ex parte legislatoris, requiritur legitima po-  
tetas faciendo legis. Haec omnia perficie  
docte S. Thomas i. 2. quæst. xvi. art. 4.  
*Leges possunt humanas vel sunt iusta, vel ini-  
usta. Si quidem iusta sint, habent vim ob-  
ligandi in foro conscientie a lege eterna, a  
qua derivantur, secundum illud Prov. viii. Per  
me reges regnant, & legum conditores iusta  
decreunt. Dicuntur autem leges iusta & ex  
fina, quando scilicet ordinantur ad bonum  
commune; & ex aetore, quando scilicet lex  
lata non excedit potestatem ferentis; & ex for-  
ma, quando scilicet secundum equalitatem pro-  
portionis imponuntur subditis onera in ordine  
ad bonum commune. Cum enim unus homo sit  
pare multitudinis, quilibet homo haec ipsum  
quod est, & quod habet, est multitudinis;  
sicut & quilibet pars id quod est, est totius.  
Unde & natura aliquod detrimentum infert  
pari, ut salver totum. Et secundum hoc le-  
ges, huiusmodi onera proportionabiliter infren-  
tes, iusta sunt, & obligant in foro con-  
scientie, & sunt leges legales.*

IX. Ex tripli autem capite labore in-  
initia leges valent, si aut non cedant in  
bonum commune, & utilitatem subditorum,  
sed ad gloria, & cupiditatem illius qui le-  
ges condit; aut non servent iustam distri-  
butionem in onerum partitione; aut ex-  
cedant potestatem legislatoris. Sic optime ibi-  
dem S. Thomas perlequitur. In iusta autem  
sunt leges duplicitate. Uno modo per contrarie-  
tatem ad bonum humanum & contrario predi-  
cis: vel ex fine, sicut cum aliquis presidens  
leges imponit onerosa subditis, non pertinen-  
tes ad utilitatem communem, sed magis ad  
propria cupiditatem, vel gloriæ: vel etiam ex  
aetore; sicut cum aliquis legem feri ultra  
sunt commissionem potestatem: vel etiam ex for-  
ma, puta cum inequaliter onera multitudini  
al'penitus, etiamque ordinetur ad bonum  
commune. Et huiusmodi magis sunt violentiae  
quam leges.

X. Si iniuste leges forent, que inaequa-  
litas onerum, graduum, & dignitatem distri-  
butionem præcipent; iniustissimi dicendi  
forent legum laiores, & executores illi qui  
sepius inaequaliter onera distribuerent, & pra-  
mia. Verum de hoc alibi.

XI. Tandem perpetuas comitatur legem,  
aut ex parte principi; & secundum hanc ra-  
tionem sola lex aeterna initium non haberet:

aut ex parte termini, quod dupliciter eve-  
niere potest: aut quia nunquam habitura fi-  
nem est, ut substantia spirituales, Angeli,  
anima rationalis &c. aut quia diuturnam tem-  
poris durationem includit, quatenus ex na-  
tura sua lex firma & permanens est, di-  
uturnaque tempore communiter vigeret, subla-  
to aliquo raro eventu. In hoc secundo len-  
tu legam perpetuam, seu stabilem, firmam  
que alterius, quatenus ita fertur ut semper  
duret. Et hoc est discrimen precipuum inter  
præceptum & legem, quod illud morte præci-  
pientis occidit; lex vero, denato legislatore,  
consilium. Discrimen istud ex natura iuriū*legis*, & *præcepti*, conat. Nam lex com-  
munitatem, & bonum publicum spectat:  
hac autem perpetua sunt. Præceptum  
personam affect, & bonum talis personæ imme-  
diata recipit. Porro aut persona, præcepto  
obnoxia, aut superior præceptum imponens  
definit: idcirco præceptum suæ naturæ  
cellat, & diuturnitatem excludit. Quæ omnia  
experimento constat. Nam lex aeterna im-  
mutabilis est, aeternumque stabit, sicuti aeternum  
stetit. Lex naturalis, que legis aeterna  
participatio est, perpetuo durat: que enim  
præcipit, semper bona; que vetat, semper  
malitia sunt.

XII. Lex divina, lata per Moysem populo  
Iudaicito, finem habuit in Christi adventu;  
plurique leges humanæ abrogantur. Fallum  
ergo est leges esse perpetuas. Hanc obiectum  
iam in anteculum profigiri, cum in-  
nisi, legem non esse hoc in lenitu perpetuam,  
ut nunquam habitura finem sit; quemadmodum  
et anima rationalis huic naturæ immor-  
talis. Perpetuam diximus legem, quatenus  
natura sua stabili, & permanens est;  
nece cellat nisi aut voluntate legislatoris re-  
vocetur, aut contraria confundet evane-  
scat. Legislator quandoque terminum legi im-  
ponit, sic exigente bono communis subditum.  
Hac ratione definito tempore legem  
mofaciam Deus circumscriptit. Heinc iolum  
infertur, aliquas leges positivas interduum cel-  
fare; quod verum habet: ut hoc non im-  
pediat eas stabiles esse, & permanentes, &  
quendam perpetuam speciem habent, tum  
respectu communis, tum respectu boni  
communis, que perpetua sunt.

## CAPUT IV.

*De legis promulgatione. Qualitas promulgatio-  
nis legis humana, civilis, & ecclesiastica.  
Urum sufficiat quod lex, sive civilis, sive  
ecclesiastica, promulgetur in Curia.*

I. Promulgandam esse legem docent omnes,  
ut obligandi vim obtineat. Rationem  
assignat S. Thomas i. 2. quæst. xc. art. 4.  
his verbis. *Lex imponitur aliis per modum  
regule, & mensuræ. Regula autem, & men-  
sura imponitur per hoc quod applicatur his que  
regularunt, & mensurantur. Unde ad hoc  
quod lex virtutem obligandi obtineat, quod est  
proprium legis, oportet quod applicetur homi-  
nibus, qui secundum eam regulari debent. Talis  
autem applicatio sit per hoc quod in notitiam  
corum deducitur ex ipsa promulgatione. Unde  
promulgatio ipsa necessaria est ad hoc quod lex  
habeat suam virtutem.*

II. Lux legum diversitatem promulgatio-  
nis varietas requiritur. Lex aeterna promul-  
gatur media inspiratione, seu illustratione di-  
vina. Lumine quoque tamen homines a Deo  
signato promulgat lex naturalis. Lex di-  
vina positivo modo promulgatur interna re-  
latione; & haec via Propheta ius multa  
Deus promulgavit: modo externa propria-  
tate; sicut Christus Apollolis suam promulga-  
tum legem loemitate externa; sicuti lex  
molitaria in monte Sina, & lex evangelica in  
die Pontifices promulgata fuit.

III. Lex humana semper aliquo signo exte-  
riori, qui in hominum noticiam devenerit  
posit, promulgari debet; ut mox clarus  
explicabitur.

IV. Disputant Theologi, sit ne haec pro-  
mulgatio conditio, an pertinet ad legis fe-  
tientiam. Disputationem hanc sis ascen-  
soe que nullus fuit momenti; cum conveniat penes  
omnes, legem non obligare, nisi sit promul-  
gata. Quare latius est dicere, promulgationem  
eis conditionem effientialiter necessariam, ut  
lex reipla, seu, ut aiunt, in actu secundo  
obliget; quemadmodum necesse est: intel-  
lectum obiectum proponere, ut voluntas in  
cidetur protectionem alliciatur.

V. Tota difficultas eo pertinet, ut qualia-  
tas promulgationis declaretur, que requiri-  
tur, ut lex humana obliget. De divina, &  
naturali nulla controvergia est. Quis penes  
omnes certa sunt, prælibanda. Porro omnes  
adfirmant, sp̄eciatō naturali iure, & quacum-  
que præcione facta, non aliama promulgatio-  
nis rationem requiri protinus eam que  
fasia

faria est, ut lex naturali, & ut si dicam, morali modo ad notitiam perveniat subditorum. Quoniam, ut lex legitime condita obligat, fatis est ut nota sit communitatique tenere illam debet; five lex civilis sit, five ecclesiastica.

VI. Ad leges civiles imperiales quod attinet, Imperator Iustinianus lancivit Novellam, vii. eas non obligare nisi post promulgationem factam in singulis provinciis. Dicitur enim in prefata Novella cap. i. constitutiones pro testamentorum valore factas vim obligandi habere, ex quo in communis facte sunt manifeste. In provinciis autem, ex quo differunt per Metropolitas palam factae sunt, vel postea facte fuerint. Et cum Novella finem in epilogi huc addicuntur. Quae igitur placuerint nobis, & per hanc declarata sunt legem, praecipue propriis suis Eminentia omnibus faciat manifesta. Quo in hac maxima croitate, & quosq[ue] inhabitant, quatenus omnibus sunt palam qua a nobis pro omnium cautela facta sunt. Quae promulgationis forma tametsi pro testamento condens instituta fuerit, uts tamen invaluit ut cetera quoque leges similiter promulgari debeat in provinciis Imperio subiectis.

VI. Petrus de Marca, Venepen, & plures alii contendunt, eandem promulgationis formam servari in ceteris Regnis, imperio Romano non subiectis, ut in Regno Galliae, in Belgio. Hoc ex usitata & consuetudine pendet. Nam, si absolute res spectetur, facta est in confituendo, seu lex in Metropoli, ubi Rex, vel Princeps sedet, promulgatur. Si quidem forma legis publicande in singulis provinciis habetur dumtaxat in Novella Iustiniana; sicut etiam illa determinatio, quod post duos menses a die promulgationis facta obliget. Ergo, haec Novella sublata, & iure communis spectato, singula Regna, & Principatus proprium morem, & consuetudinem servare debent.

VII. Gravissima controversia est de legibus pontificis, seu ecclesiasticis. Varia fuerunt haec Theologorum placita. P. Cardenas in sua Crisi tractat. 1. dip. ix. caa. xx. art. 11. inquit, si uile olim probabilem opinionem, que docuit, legem Pontificis non obligare, nisi sit in singulis provinciis, & dicebis promulgata: pro qua opinione laudat P. Dominicus Soli Lib. 1. de iure gentium. art. 4. Angelum verbo Lex num. 13. Medicinam 1. 2. quaff. xc. art. 4. concl. 2. Caietanum num. 1. 1. quaff. xc. art. 4. Carbonem de legibus Lib. III. disp. ix. Conradum 1. 2. quaff. xc. art. 4. ad 2. Senarium Tom. II. dip. de leg. Moll-

nam dip. ccxev. Becanum 1. 2. trac. iii. cap. vi. quaff. vi. Laymanum trac. iv. cap. iii. Baldellum Lib. V. dip. xvii. Sa verbo Lex, Homobonum in Exam. Par. II. trac. xii. cap. 111. quaff. x. Sollerum de potest. Conf. cap. ix. quaff. v. Mirandam Tom. II. quaff. xxv. artic. 4. Victorellum in nos. ad Nav. cap. xxv. Trallenchum, Dianam, Toletum, Duvalium, Marcantum, & alios. Aliqui ex ceteris Auctoribus, ut P. Soto, dicerent docent, nisi Papa altera sua lege exprefserit. Alii ambigunt, & ut probabilem tantum hanc opinionem defendunt.

IX. Docet ibidem P. Cardenas, p. prefatam opinionem nulla frui probabilitate post decreto Alexandri VII. in quo damnavit sequentes propositiones. Duplicationem stipendiū post Sacerdos pro eadem Missa licite acciperet, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsius celebranti correspondenter, id que post decretum Urbani VIII. Hac est octava propulsio. Nona vero eufrimidi. Post decretum Urbani VIII. potest Sacerdos, cui Missa celebranda traditur, per alium farifacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendiū sibi retenta. Propositus vero duodecima haec est. Mendacibus possunt absolvere a capitulo Episcopis reservatis, non obstante ab Episcopo facultate. Quae propositiones ideo damnavit, quia oppositorum praecipuum fuit in decretis a Paullo V. & ab Urbano VIII. Roma dumtaxat promulgatis, minime in singulis provinciis. Porro Theologi, qui laudatas propositiones propagarunt, eo nitebantur fundamento, quod decretum Urbani VIII. non erat in provinciis evulgatum.

X. Potius utriusque opinionis severum examen, nisi me omnia fallant, ad certa capita restringi si potest, ut diffidat celiens. Et primo certum est iure naturae hanc in singulis provinciis promulgationem necessariam non esse; neque Novellam Iustinianam aliorum Pontifices ut suas leges laudatae forma promulgant, immo nec alitrumpotest. XI. Si praxis communis spectetur, leges Conciliorum & Pontificum confluuerunt promulgari in singulis dicebis. Nec est quod Venepen tam fulo ferme factum illud illustrare conetur. Qui est legislatorum, qui legem suam ubique, nedum in provinciis, promulgari non desideret, & observari? Ut numerous monumenta prateat, Concilium Tridentinum self. xxiv. cap. 1. postquam declaravit invalida matrimonia clandestina, haec in fine decreti adiecit. Decernit insuper ut iusti modi decretum in uniuersaque parochia sua robur post virginis dies habere incipiat,

a die prima promulgationis in eadem parochia facta numerando. Ultero ergo fatemur, Pontifices, non solum ut benigneantur, huicmore que procedunt modum adhibent, tolles esse, & siue hanc in singulis parochiis, nemdum provinciis, legum ecclesiasticarum promulgationem curare; sed quia legislatores omnes nihil magis cordi habent, quam ut proprie leges ad singularem notitiam perveniant. Et repta Pontifices summi, dum aliquam condunt legem, ad singulos Episcopos mitti subuenient, in singulis dicebunt ea mitti promulgant, ciuiliumque observantiam incipient. Delinquent ergo Vaneipen, & ceteri adverteri exaggerate hanc Christi regimen, benignitatem Ecclesie postulare, ut leges in singulis provinciis promulgantur; quoniam repta id prelati Ecclesia: neque sub hoc benignitatis & iuvantius pretextu fallant doctrinam perfici, & venditare studeant.

XII. Huc ergo difficultas recedit, utrum lex ecclesiastica, iolenter promulgationis Romae facta, qua ob aliquod impedimentum extinxit securis occurreret nequaquam in singulis provinciis folium promulgari, obliterare fideles continuo ac illi moraliter certi sunt, legem latam esse, & Rome promulgatam.

XIII. Adhinc ego iuxta communem Theologorum, & Canonistarum sententiam: & perpicue eam explicavero, non video quae ratione revocari in discrimen a quoquaque iure possit. Antequam vero lentitiam evincam, exponentem omnium primum est id quod leges ecclesiastice praecepere communiter solent. Porro quo Pontifices communiter praeferunt, aut credenda, aut agenda sunt. Aut declarant anteriores leges, divinumque ius interpretantur; aut quidquid iubent quod a mores formantes attinet. Quo posito, quis dixerit legem a supremo Pontifice latam, qua aut fidei articulum declarat, aut res mortales facientes spectantes interpretatur, non obligare contumaciam ac Roma promulgata fuerit, & ad fidem notitiam pervenire, etiam si ob aliquod impedimentum in provincia promulgata non sit. Alius supremus iudex, prater Concilia, & Pontifices, in iis que fidem, aut mores spectant? Cur ergo solenni promulgatione Roma perfecta, ut obligandi fideles eiusmodi leges carrebunt? Quid prelumentum est, benignam matrem Ecclesiam nolle subditos suos, nisi post factam in singulis provinciis legum promulgationem, alitrumpotest? Prelumentum haec condunt pro omnibus fidem regimine in iis quae morum, & fidei sunt, ubique ciuili modi leges evulgari, & observari aene, nec per ipsos sicut ne promulgantur; quin & absolute decernunt non fidelis expelle ubique locorum observandas esse, & omnia universalis promulgationis, & acceptationis argumenta peribent.

XVI. Omnia in pauca redigo. Nemo ha-  
bitus, immo fidelibus singulis inculetur, nemdum ut in singulis provinciis, & dicebis promulgantur. Quodlibet nostra est, obligare ne pontifices leges follementi Romae promulgare, quoties accidit ut in provinciis, aut regni non promulgantur; quando aliquia decretum absolutum est, moreisque recipit, aut fidem? Qui presumptioni locus, si contra Pontifices lumen repugnant omissionis promulgationis? Quis presumptioni locus, si lex, seu decretum omnes fideles indiscriminatim spectat? An Pontifices pro omnibus fidem infrastructe leges coherentes, si promulgari tantum in propria dictione veleant? An decreta Alexandri VII. Innocentii XI. Alexander VIII., aduersus opiniones damnatas, tametsi in singulis provinciis, & regni non promulgata, fideles omnes non alitrumpotest?

XV. Quid quod, dum eiuniodi leges in aliquo regno, vel principatu non promulgari contingit, nunquam promulgatio omittitur, aut impeditur ob ea quae ad fidem, moremque attingent, sed damnatae ob politicas rationes? Quoniam Catholici omnes parentur, Ecclesiam folam, seu illius Caput esse indicem supremum eorumque fidei, aut morum sunt. Ergo, esti ob rationes politicas non promulgantur in aliquibus regnis, vel provinciis ecclesiastice leges, non propterea obligare delinquent. Quoniam iis que fidei, aut morum sunt, nemo catholicorum Principium puto esse opponere vult; sed ea quae haec duo spectant, obsequio summo fulciunt fideles omnes.

XV. Nec est quod opponas, legem non obligeare, quando promulgata non est, unde-

cumque promulgationis omisso proficitur. Quid mea intereat legem non promulgari hec ob politicos respectus, tunc ob alia rationis momenta. Quoties lex promulgata non est, sive ob hoc, sive ob aliud rationis momentum, illius obligatione non alitrumpotest.

Huc tandem recidunt quorundam loiphilata, ut feliciter leges cludent, fidelesque ab legum observantia eximant. Sed frustra. Nam vix aliquem reperitur in Theologum puto qui sententiam, prout a nobis explicata est, repugnare vult. Nam quoties Pontifices leges condunt pro omnibus fidem regimine in iis quae morum, & fidei sunt, ubique ciuili modi leges evulgari, & observari aene, nec per ipsos sicut ne promulgantur; quin & absolute decernunt non fidelis expelle ubique locorum observandas esse, & omnia universalis promulgationis, & acceptationis argumenta peribent.

XVI. Omnia in pauca redigo. Nemo ha-

Item afferuit, aut afferere iure potuit, leges in singulis provinciis promulgandas iure naturae, aut iure divino esse. Sed ex clementi, & benigni summi Pontificis voluntate hanc in singulis provinciis evulgationis forma colliguntur. Ergo, quoties Pontifices summi promulgari in singulis parochiis, nedum provinciis, averti, & per ipsos non stat quod non promulgentur; iam iuxta ipsa adveriorum fundamenta leges pontificie ubique locorum obligant. Porro Pontifices summi constitutions iusas, pro fidei, morum, explicatione iatas, ubique observari studio summi cupiunt. Ergo quoties Pontifices, aut Concilia expressa non declarant leges vim obligandi non habere, nisi post promulgationem in singulis provinciis peractam; semper urgent ubique locorum, post promulgationem Rome factam. Cedo. Possum ne Pontifices abolute legem condere, qua Romae promulgata obliget universos Catholicos? Quis incitabat, si iam conceperat est, nec iure naturae, nec divino iure necessariam esse tales promulgationis formam? Valenti itaque summi Pontifices abolute legibus suis, Romae promulgatis, omnes Catholicos ubique locorum extantes obstringere. Sed reipublica dicit, nulla facta exceptio, lege iusas absoleto pro omnium Catholicorum regimine condunt, & solemniter ritu Romae evulgant, inculcantque ab omnibus servandas; & per ipsos non stat quoniam in singulis parochiis, nedum provinciis, evulgentur. Adeo hac luculentia lunt, ut adseriantur iure habere nequaquam.

XVII. Obiectio. Plura sequuntur incommoda, nisi ius in singulis provinciis evulgatur, & postfilium legum ignoratio. Quomodo enim tertiari leges possunt, nisi sciantur? Quomodo autem tertiari possunt, nisi promulgentur? Resp. Nuge haec sunt, & frivole inepiae. Lex pontifica Romae promulgata omnes fidèles obligat ubique locorum; at nō dominat legis observationi obnoxii sunt qui legem sciant. Ignoratio quippe legis ab eiusdem obseruantia excusat; nec transgreffio imputatur ad culpam, quando ignoratio est invincibilis. Promulgatio in singulis provinciis efficit utique ut facilius, & celerius ad omnium notitiam lex perveniat. Huc tantum pertinet hac promulgatio. At propterea ne exempti a lege servanda fidèles erant, quando alia via, licet tardius, legem agnoverint?

XVIII. PP. Salmanticensis tract. xi. cap. i. punct. 6. §. i. defendant, nec leges ecclesiasticas,

nec civiles promulgandas, esse in singulis provinciis, ut obligent; sed fatis esse ut promulgantur in Caria. Adductumque, in Hispania re ipsa non promulgari in provinciis, sed tantum Matriti. Et laudant pro hac opinione P. Petrum de Tapia. Tom. I. Lib. IV. quæst. iv. art. 3. num. 4. P. Valquez 1. 2. quæst. clv. cap. 11. Gordoni Lib. II. quæst. ix. num. 26. Granadum Contr. vii. tract. iii. pars. 1. disp. v. sec. 2. num. 10. Medinam 1. 2. quæst. xc. art. 4. dub. 2. concl. 4. Moncidi. Tom. II. disp. xx. quæst. iv. disp. 111. Petrum ab Angelis in Spec. Privileg. disp. v. sec. 2. Salas disp. XII. sec. 2. Villalobos Tom. II. tract. 11. dub. 12. Laymannum Lib. I. tract. x. cap. 111. num. 4. Dianam I. Part. tract. x. Ref. 3. Basilium Pontium de Matrim. Lib. V. cap. viii. Bonacinam, Palauam, Sua-rect. & alios.

XIX. Quæst. Aliquot in temporis spatiis interclusis debet a die promulgationis, antequam lex obstat? Resp. Laudat Salmantenes loc. cit. §. 2. tres super hoc quarto opiniones recenti. Prima definit, legem quamlibet, sive ecclesiasticam, sive civilem continuo ac promulgata est, obligare, nisi legislator aliquod intervallo temporis concedat. Quam opinionem defendunt Salas disp. XII. de leg. sec. 2. Bonacina disp. 1. punct. 4. Gregorius Martinez quæst. xc. art. 4. dub. 6. concl. 2. Montesinos disp. xx. quæst. iv. Gor- donius lib. II. quæst. vi. Valquez 1. 2. quæst. clv. cap. 111. Tannerus 1. 2. disp. v. quæst. vii. dub. 1. & alii.

XX. Altera sententia sustinet, legem promulgatam in Curia continuo obligare omnes in eadem extantes; nec plus temporis effluere debere quam illud quod necessarium est, ut legis notitiam comparare subditus valeant. Ut vero lex promulgata in Curia obliget extantim communantes, tempus congruum requiritur, non definitum, sed plus minusve, quo possit ad illorum notitiam lex pertinere.

